



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica Octava Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

DOMINICA OCTAVA
POST PENTECOSTEN.

Partitio.

1. De fama nota melioris.
2. De diuina quis hic: & iudicio.
3. De ratione reddenda.
4. De diffamato.
5. De villici deliberatione.
6. De capto villici consilio.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Luc. 16.

FIGVRA.

1. Reg. 26.

POTENTISSIMVS Rex David, audita Nabalis auaritia & sordibus, quæ communi vicinorum fabula celebrabantur, quæque quotidie ad aures regias perueniebant; rationem ab illo exigere statuit, & videte num fama res ipsa responderet: si quam vero in illo culpam reperisset, domum & vniuersam familiam perdere; verum cum sibi sordidus ille metueret, Deus, vt hanc capiti imminentem calamitatem auereret, illius miseratus, viorem illius Abigail excitauit, quæ Dauidi opuiam procedens, maritum illi reconciliauit, iram regiam compressit, bellum extinxit, & Nabalem ab intentu vindicauit. Ipsum sub egregia cuiusdam parabola inuolucris hodierno in Euangelio cerneere est: videmus hic enim hominem diuitem, cum inaudisset villicum omnia bona dissipasse, ab eodem rationem deprecari; villicum autem domini iram metuentem subitam sui conseruandi rationem excogitare; accedens siquidem conseruos suos, qui ei ratione villicationis debebāt, & cum ijs transiens, dominum placauit, ruinam sibi impendentem auerit, rerum suarum statum redintegrauit, ac tandem etiam etiam lauari à Domino meruit. Egregia hic se vendendi offert materia, quam prolequar, eamque vobis ubi prædam comprehendero, ad oculum de-

monstrabo; modo Spiritui sancto ceptis, adesse & gloria Deiparæ precibus succurrere placeat. Ideo Angelica illam salutatione compellemus dicentes

AUE MARIA.

Sponsa illa amore dilecti sui nimium quantum exaltans, cum sponsi perfectiones ac merita sigillatim recenseret; famam illius bonam, & apud omnes deprædicatam, imprimis extollit ac celebrat; idque hisce verbis: *Cur enim in odorem unguentorum tuorum oleum effusum nomen tuum.* Quo loco Hebraei interpretes, per unguentorum odorem, sponsi famam eiusque virtutum encomia passim celebrata intelligunt, quæ olei instar effusa, magnum illi apud omnes orbis nationes honorem admirationem & cultum excitant. Paraphrasis autem Chaldaica in idem omnino recidens, trahit: *A voce miraculorum tuorum & potentia tua populo tuo domui Israel commoti sunt omnes populi qui auerunt famam potentia tua, & signorum tuorum bonorum, & nomen sanctum tuum auditum est in vniuersa terra; quod eleum est magis quam oleum vnicuius, quo unguentur capita regum & sacerdotum.* Eodem etiam modo interpretatur Apostolus cum odorem notitiæ Iesu Christi, appellat famam doctrinæ & miraculorum suorum, quæ instar aromatum per omnes mundi angulos gratum odorem sparserunt. Deo autem gratias, inquit, qui odorem notitiæ suæ manifesta per nos omni loco, quia Christi bonus odor sumus.

Et sane sponsa merito sponsum à nominis fama celebrat; nihil quippe maiorem laudem & præconium meretur, quam fama de virtutum exercitio, & vitæ honestate concepta. Quo alludit, verbis quidem metaphorice sapiens, *Melius, inquit, est nomen bonum quam unguenta pretiosa.* Palmographus vero sponsæ illius regis dignitatem ac famam apud omnes bonam deprædicans, isdem propemodum verbis & figuris vsus, hyperbolica quadam ratione ait, *Myrrha & gutta & casta à vestimentis tuis: quo loto veritas Hebraica, fide expressa, habet:*

Myrrha.

Myrrha, gutta, & casia omnia vestimenta tua. conglobat autem hosce tropos & similitudines, ut magis hac ratione fama illius magnitudinem deprædicaret & extolleret.

Hinc Ecclesia merita sua recensens & enumerans, nihil in seipsa, quod maiorem laudem & præconium mereatur inuenit, quam operum bonorum odorem, quam obrem de se gloriata ait: *Ego quasi uitis fructificanti suauitatem odoris.* ubi notandum est, illam non modo de odore florum, sed de fructuum, locutam: neque enim satis est in Ecclesia eloquentiæ nomen & famam quemquam assecutum, verum requiruntur & opera, & facta. Hinc Isaac Patriarcha filij sui Jacob vitam dilaudans ait: *Eccæ odor filij mei, sicut odor agri pleni, floribus, qui gratissimos circumquaque odores spirant.* Quin & Apostolus omnium Christianorum nomine ait: *Bonus odor Christi sumus;* nihil enim efflamus aliud quam crucem, poenitentiam, opprobria & mortem: nullus in nobis odor autem spirans, nullus carnis, deliciarum, aut mundi. O famam bonam, & apud omnes celebratam!

Ait Antonius Misaldus herbam quãdam, nomine Basilicã, in capite illius, qui æpius illam sentit, scorpiones & viperas aliæque noxia animalia generare; de rei veritate non laboro: certo tamen constat, mundum; carnem & voluptates tam pestilentis odoris esse adeoque noxij, ut in sapius eadem sentientium animis, serpentes & aspidem, id est, peccata, scandala, infamiam & malum nomen propignere soleant: de huiusmodi autem illud Esaiæ dici potest: *Et erit pro suauit odore fetor.* vita quippe impiorum cloaca & foricis terrior est & maleolentior.

Econtra vero pij & virtutis amantes non modo dum viuunt, sed post mortem etiam, iucundissimum vitæ antea actæ odorem spirant. Atque hoc ostendere in Canticis sponsa voluit cum diceret anigmatically: *Mandragora dederunt odorem in portis nostris:* quæ verba Philo Episcopus de bonæ vitæ fama, quam pii in hac vita sibi acquirunt, quæque post mortem crescit, & in immensum augetur, ut priorem, quam in vita habue-

rant famam, longe antecellat, exponit. Quod ut melius intelligatis, cum sancto hoc viro notandum est, mandragoræ radici duas inesse proprietates; primo namque includit & exprimit figuram hominis mortui, deinde nihil ex hac herba asseruari præter radicem, quæ sola plus quam cætera redoleat folia, & à qua sola reliquis plantæ odor dimanat: Innuere autem vult sponsa, veteres illos Patriarchas, Prophetas & Martyres, quamuis malæ viderentur esse famæ, quamuis à iudicibus torturæ subicerentur & eculeis, quamuis ab vno iudice mitterentur ad alium, tamen si seditiosi, magi, scelesti & impostores dicerentur, & quamuis Præsides (qui olim in vrbium portis iudicium exercebant) eos morti addiudicaret; mortuos tamen & iam sepultos bonum & gratum vitæ prius actæ odorem dedisse.

Huc respexisse prouidam illam crediderim Abigailem, quando Dauidem regem percavit, & mitibus verbis eum induxit, ut à sanguine abstineret, & in stolidum suum Nabalem violentius non insurgeret, dicens: Nunquam hæc animum tuum subeat cogitatio Domine mi Rex, ne quam forte sinistra de te ipso opinionem apud homines excites, sibi que illi periuadeant, à prauis te affectibus transuersum abripi, sanguinem humanum sicire, crudelitatem spirare, ne tibi hoc dedecori sit & infamæ, ac non nemo tibi obiiciat, *si enim surrexerit homo persequens te, & querens animum tuam, erit anima Domini mei custodita, quasi in fascicula viuentium, apud Dominum Deum tuum.* Ac si dixisset: Cogites velim Domine mi rex, omnes sanctos fasciculi instar flori esse, qui Dei manu Dei gratissimum odorem spirent; si vero ab ira & vindicta te abripi sinas; ingratum instar putrescentis floris odorem spirans, nunquam in floridum illud fertum cooptaberis. Atque hic obiter notanda veniunt insignis veterum Hebræorum consuetudo, qui hanc mortuorum tumulis Epigraphen inscribent: *Colligite te Dominus in fasciculo viuentium.* Dicta sunt hæc occasione villicij cuiusdam, qui diffamatus erat apud dominum, de quo malum in Euan-

1. Reg. 25.

Hebræorū
veterum
curiositas.

Ecc. 4.

Gen. 7.

1 Cor. 19.

Lib. de Mi-
rab. 1. 1.

Cant. 7.

Tom. 1. Bi-
blioth. SS.
Patrum.

gelio famam regere est, ideo eum Dominus ad rationem reddendam compellit ac villi-
cationem ei adimere conatur. Historiam S.
Lucas parabola cuiusdam more recitat: *Ho-
mo quidam erat diues, qui habebat villicum, &
hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset
bonum illius.* Ut porro ex ordine & methodice
parabola huius seriem deducam, primo loco
de diuite hoc verba faciam, ac deinde de vil-
lico Aurem vos mihi accommodate, & iisdem
digna multa adducam.

II.

Vix historiam hanc parabolicam sum in-
gressus, quin statim è gestis & agendiratione
diuitis huius hominis colligam, imagi-
nem illum summi Numinis referre, eiusque
personam agere. Eiusdem mecum omnes
sancti Patres & Ecclesie Doctores sunt opi-
nionis, & ipsa non dissentit Scriptura sacra,
in primis Psalmorum volumen, in quibus legi-
mus: *Gloria & diuitia in domo eius.* In do-
mo mundi & creaturarum omnium, non-
nisi mera paupertas & molestia cum arum-
nis; at in Dei palatio, honor, gloria, volu-
ptas, delicia, diuitiaque infinita: solus si-
quidem ipse essentia sua diues est, creaturae
autem à bonitatis illius immensa thesauro
diuitias & potentiam suam mutuauerunt. Vn-
de Apostolus: *Idem Dominus omnium, diues
in omnes, qui inuocant illum;* quam late limi-
tes iurisdictionis hominis huius diuitis pa-
rent, quam extensisunt! de se enim apud
Psalmistam loquitur: *Meus enim est orbis ter-
ra, & plenitudo eius.* est namque totius vni-
uersi Dominus & rector, ac verus Salo-
mon, de quo scriptum est: *Quia magnifi-
catus est in diuitiis, & gloria super omnes reges
mundi.*

Psal. III.

Rom. 10.

Psal. 49.

2. Paral. 9.

Curiosa
Theologo-
rum dispu-
tatio.

Huius potentiae occasione, Scholasticae
Theologiae periti curiosam quaestionem in-
sitiuunt, vtrum Deus, solus in se maior sit
ac perfectior, quam simul cum vniuerso
mundo consideratus: post varia in vtram-
que partem proposita argumenta, vnanimi
tandem consensu asserunt, Deum vna cum
mundo non esse maiorem aut perfectiorem,
quam sit solus in se: cum enim infinitus sit,
nihil ei omnino addideris, vniuersum licet
ei orbem adiungas: quia punctum additum
puncto, non facit maius puncto. Omnes

porro creaturae Deo collatae non nisi pun-
ctum quoddam & apex sunt, atque ita totus
quantus quantus est orbis, huic infinito ad-
ditus, ipsum nec maius, nec amplius efficit.
Hanc me Philosophiam edocuit regius Pro-
pheta, dum in diuinas laudes effusus ait:
*Magnus Dominus & laudabitur nimis, & ma-
gnitudinis eius non est finis:* est quippe vastissi-
mus perfectiorum Oceanus, in quem quam-
uis omnes magnitudinis mundi huius tor-
rentes ac fluminis ingrediantur & irruant,
ne minimum tamen iustollitur aut redunda-
dat, & è cuius abyssis licet omnia deproman-
tur, in nullo tamen minuitur aut depri-
mitur. Quod scite explicat triualis ille versu-
culus:

*Omnia dat Dominus, non habet erga minus.
& proposito multo accommodatius Sapiens: Eccl. I.
Omnia flumina intrant in mare, & mare non re-
dundat.*

Diues hic homo villicum habet, cum om-
nibus agris, praedia & villas ad tempus elo-
cauit: hominem scilicet, cui Deus tot vil-
las & praedia concedidit, de quibus exacta
illi reddenda erit ratio, ob mundum sci-
licet cum omnibus creaturis, ob corpus tot
sensibus & facultatibus praeditum, ob ani-
mam tot potentiis & dotibus exornatam,
ob proximum, de cuius salute sollicitudo
habenda. Quanti porro concedita haec do-
na ac praedia ponderis sunt! Obiter porro
hic notandum est, hominem rerum tempo-
ralium, & sui ipsius non dominum, sed tan-
tum villicum & velut aëronomum appella-
ri: quod probe Job perspectum habens,
vnicum bonorum suorum dominum ap-
pellat Deum, non vero seipsum, aper-
teque profiteretur, ea sibi non secus ac fidei
commisum & feudum esse ab illius magni-
tudine & potentia concedita: *Dominus de-
dit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedi-
ctum.*

Cum villicus hic non vsque adeo pro-
be se, & ex debito gessisset, & rationes non
vsquequaque responderent, apud Domi-
num delatus est, & de peculatu accusatus;
qui mox ira exarsuans eundem ad ratio-
nes reddendas vocauit, & ob prauam
quam de eo inaudierat famam cum coar-
guens

Psal. 46.

Ecccl. I.

Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.Villae ho-
mini à Deo
datae.

güens ait: *Quid hoc audio de te? ubi benignitatem & insignem Domini huius patientiam notare oportet: nam quo loco alius pravis naturæ motibus irgentibus & passionum vehementia extra mentis statum actus, viso sua dilapidati & consumi dixisset: Prodigè, depeculator, prædo, improbe, perfide, bonorum meorum dilapidator ac decoctor, itane te meam filiorumque meorum hæreditatem, tua lascivia ac dissolutionibus decoquere ac destruere? faxo ut in carcere situ atque fœtore horrenti computrescas, & relictam adhuc bonorum portionem impèdam, ut te in crucem agi videam; ipse modeste, benigne & humaniter dicit: *Quid hoc audio de te?**

Mediendus
reus
quam con-
demnan-
tis.
Gen. 1.
Gen. 4.
Gen. 7.
Mat. 25.

Egregium iudices hinc documentum eliciant; ut reum scilicet prius audiant, quam morti addicant; purgareque se prius reum, & factum, si potis est, iustificare sinant, quam fulmina sententiæ condemnatoriæ emittant. Ita Adam læsæ maiestatis coram diuino tribunali accusatus prius citatus & vocatus fuit, quam iudicatus, *Adam ubi es?* similiter etiam Cain. Hinc quoque Nicodemus Judæis ait: *Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius ab ipso audierit, & cognouerit quid faciat?* Et Judææ Præses Festus, in actibus: *Non est, inquit, Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accusatur, locum defendendi accipiat.* Idcirco diues hic, quo prudentiam suam manifestam faciat, villico ait: *Quid hoc audio de te?*

Deus è cœ-
li nouit o-
mnia, quæ
hic in terra
gerantur.
Job. 4.

Noua hinc rursam doctrina confurgit, scilicet, Deum, qui per hominem hunc diuitem designatur, in cœlo residentem quidquid hic in terra agitur, accurate contemplari: *Omnia enim nuda sunt & aperta oculis eius.* Veruntamen licet omnia delicta nostra probe cognita habeat, & tam oculis propriis intuendo, quam cetera Angelorum delatione, norit quidquid nos tangit; non prius iudicare aut sententiam ferre vult, quam reum coram, & ore confitentem proprio, ac velut suis se verbis condemnantem, audierit. In quo, sæculi huius iudices docuit neminem, aduersarij tantum delationi credendo, non auditum, condemnare: cum

constet accusatores & iniquos delatores sæpe errare posse, aut rancore quodam concitatos accusationem instituisse (præcipitantiæ siquidem corruptela & nouerca iustitiæ est.) In quo etiam David cuius tamen prudentia multis in rebus perspecta est, lapsus est, quando nimis facile deor, qui Mithibolethum detulerat, credens, iniquam ac perniciolosam sententiam tulit, qua omnes illius fitco addixit facultates, & in delatorem, qui herum falso accusarat, transtulit: *Et ait rex Siba, Tua sunt omnia, quæ fuerunt Mithiboleth.*

At non ita diues hic agit, sed priusquam Domini in villicum sententiam pronuntiet, ex ore huius man- rei rem vult intelligere, illiusque rationes suetudo. examinare; ait enim: *Redde rationem villicationis tuæ.* Quibus in verbis egregiam mihi benignitatem ac consuetudinem in diuitè hoc relucens contemplari videor, qui in seruum suum quamuis prodigum non insurgit, nec irascitur, non incitat minas aut verbera, nullam præfert iram, aut bilem, sed insigni quadam modesta rationes deposcit. Noltrum erit hinc discere, non semper ad correptiones, aut reprehensiones duriores, vel minas, quas ira aut bilis suggerit, oportere descendere, quod exemplo Eliæ fiet manifestius. Hic enim cum Achab regem impium magno diuini honoris zelo, & verborum acredine reprehendisset dicens: *Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti estis Balaam: & deinde solus in montis ageret cacumine, Deus ostendere cupiens, non semper correptiones amariores, sale & aceto mordaciores, adhibendas, sed eas ipsas dulcedine & melle nonnihil temperandas condiendasque; violentum quandam turbinem initio emisit: *Spiritus grandis & fortis subuertens montes, & confringens petras coram Domino, sed in hoc turbine non erat Deus, & non in spiritu Domini.* Additur mox motus quidam terræ, ut & mons tremisceret, & petrae in duas partes scinderentur, & nondum tamen aderat Deus: successit dein ignis quidam vehementior, qui omnia circumquaque in flammam & fauillas redigeret, & post commotionem*

ignis. nec tunc quidem aduenit Deus. Sed tandem leuis quaedam Zephyri aura circum Eliam surrexit: *Et post ignem sibilus aura tenuis.* vel prout Hebraea habet lectio: *Et post ignem vox emissa subtilis.* In illo illo flabro & voce tenuicula, Deus summa cum maiestate descendit.

Hoc autem emblemate denotare Deus Elia voluit, non esse mirum, si Achabum illa durior correptio non correxerit, sed infelicem exitum habuerit, cum debito non processerit ordine, nec rationes adhibuerit requisitas. non semper enim conuenit, duriorum verborum uti turbinibus, & reprehensionibus terram concutientibus, non semper ignea quadam cholera, & iniuriam preferentibus taxationibus: nam in his omnibus non inuenitur Deus, saepe namque maioris ponderis & efficaciae est vox ab animo charitate succenso procedens, dulcis & lenis, quam omnes ab irato & perturbato proficiscentes minas.

3. Reg. 19.

Notat hic doctissimus Cardinalis Caietanus, tres illas priores Prophetæ visiones non nisi imaginarias fuisse, vltimam vero solam realem, vocem scilicet vocalem: ad significandum, violentas illas & furiosas correctiones inuiles esse ac nullarum virum, ac proinde in fumum euanescere; solam humilem & modesta quadam ratione prolatam prodesse, & effectum quendam realem ac verum in correpti animo causari.

Cant. 4.

Sponsus in Canticis quendam sponsæ perfectionum Catalogum quodammodo texens, in primis labia illius celebravit: *Labia tua sicut Sitra cocinea.* quod anigma Philo Episcopus enodans ait, Sponsum hic tacita quadam ad cocineum Raab meretricis funiculum quem in Jerichuntino excidio è fenestra posuerat, postquam exploratores occultasset, & per fenestras seruasset, hocce lignum ve' ut symbolum perpetuæ deuictionis, & singularis cuiusdam quam declararat beneuolentiæ & amicitiae iudicium eo loco relinquens, allusisse: & quoniam factum hoc è singulari quadam & feruenti dilectione proficiscebatur, æquum profecto videbatur, vt signum hoc &

Is. 7.

hieroglyphicum coloris quoque flammeæ foret, qualis reuera purpureus aut cocineus, qui & verum amicitiae symbolum: quod vt apertius explicetur, sensus est, Iusti verba è tanta charitate proficiscuntur, vt, si vel os tantum ad eadem proferenda aperiat, vel ipsum ad eadem continenda ocludat, Raab ipsam imitetur, quæ fenestras ocludit, vt milites Josue conseruaret, qui si in Jerichuntinorum manus incidissent, ab iisdem vt scelesti quidam exploratores iugulati fuissent; ea dem etiama peruit, vt per easdem admissi hostium manus euaderent. Ita quoque tu, ô Sponsa, si ostium oris tui ocludas, peccantium occultare vis peccata & imperfectiones, quorum famam obscurari non poteris; cum vero ipsum referas eosdem defendere & excusare. Ipsum quoque diues hic in Euangelio agit, qui aperuit os, non vt insurgeret, clamaret, iuraret, blasphemias euomet, feruique famam & nomen denigraret, sed summa cum modestia & verborum dulcedine ait: *Redde rationem villicationis tuae.*

Gladius ille regius, qui ore viri illius Apoc. pocalyplici egrediebatur, non tanta scindebat violentia, vt merito quis illum propterea timere debuerit; ore enim gladium praefrens, stellas quoque in manu ostendit, quasi diceret, si verborum & linguæ meæ gladio sauiam; si reprehensiones meæ aculeatæ sint, non est quod ideo quisquam sibi metuat; cœlum namque, cuius stellæ quas manugero symbolum sunt, vobis reddam, simul etiam tacite edocere volebat, si quando alios reprehendimus, dulcedinem hœcum cum vuarum acrimonia temperandam, zelo, inquam, rigorem, charitate iram, & stomachum leuitate condiendum, stellas quoque in manu esse oportere, cum gladius ore exercitur: id est, amorem salutis proximi cum aculeo & gladio reprehensionum concurrere debere.

Sponsa illa in Canticis delictum suum ex Cant. 4. tollens, linguæ illius dotes omittendas non cœsist, sed ait: *Mel & lac sub lingua eius;* id est, Quanta, mi dilecte, differentia est inter os tuum & os eorum, de quibus ait Psalmista:

Ven-

Venenum aspidum sub labiis eorum. Laudat illum quod verba illius plena sint lenitate, scateant dulcedine, quod maxime laudandum venit & in primis requiritur in eo qui ad iram concitatus est. Refertur hic etiam queat celebre illud decantatum Pythagoræ symbolum, *ignem gladio ne laferis*: id est, iuxta Pauli Scalig. expositionem, ne iratum irrites. Ignis namque cholera & bilis signum est, iratum porro iritare & ignem bilis iam scintillantem verbis actionibus durioribusque succendere minime consentaneum est; dulcedo namque & leuitas aqua est, quæ violentos & æstuanes iracundiæ motus extinguunt. Videte porro, noster hic dives, quantumvis mille stomachandi occasiones habeat, magna tamen modestia ac benignitate cum facultatum suarum deo store agat.

III. *Redde rationem villicationis tuæ.* Hæ sunt tristes illæ voces & optimo cuique formidandæ, quibus ad iudicium vocamur, in quo de omnibus, quæ in mundo egimus, coram diuiti huius, id est, omnipotentis Dei, maiestate, exactissima reddenda est ratio; *omnis enim nos*, inquit Apostolus, *manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit, corpore, siue bonum siue malum.* Deus quidem tolerantissimus est & maxime lenis, sed est simul memoriæ tenacissima, nihilque præteritum obliuiscitur, ac proinde de omnibus rationem exigit. Sponsa metaphorice de dilecto loquens modis ait, *Crura eius columna marmorea, quæ fundata sunt super bases aureas*, ac si dicere voluisset, pedes illius agiles non sunt nec de loco in locum moueri faciles, sed grauissimi ponderis & instar columnarum immobiles, è quo de illius longanimitate ac patientia iudicare licet: quod vero bassus aureis inniti dicantur, significat Dei erga delicta nostra coniuuentiam & patientiam ex mere amore & misericordia proficisci, eisdemque inniti: verum tandem aliquando de iisdem rationem reddendam.

Rationem inquam de omnibus: de cogitationibus scilicet, vnde sapiens, *in cogitationibus enim in impij in interrogatio erit*: & verbis vnde in Euangelio saluator, *de omni verbo oti-*

oso quod locuti fuerint homines, de ipso rationem reddent in die iudicii. de operibus denique teste Ecclesiastico, *Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium.* Quinimo & de bonis operibus, vt minimum discutiat, quæ intentione facta sint, vnde in Psalmis ait, *Cum accipero tempus ego iustitiam iudicabo.* Quid? si tam exacte in iustitias verbaque leuia & otiosa inquirat, quid de iniquitatibus peccatisque & blasphemijs eum facturum putatis? Est profecto cer. illimum, summo illi Iudici Deo exactissimam de omnibus, quæ nobis in manus tradidit, esse reddendam rationem; de anima inquam, num illa quæ pretioso Christi sanguine lora fuit, nostrorum peccatorum sordibus inquinauerimus, de corpore, num sacrum illud Spiritus sancti templum adulterijs, incestu, sacrilegijs, gula & ingluuie polluerimus & profanauerimus, nam iuxta D. Paulum, *si quis templum Domini violauerit, disperdet illum Deus.* Denique de bonis temporalibus, vt nimirum illa comparauerimus, num furtis, rapina, simonia, vsu, luero iniusto, fraude & artibus illieitis: vt illa expenderimus, num epulis, ambitione, ludo, fastu, delicijs, lasciuia, & dissolute. At felices illi, qui citationis huius coram tribunali diuino semper meminerunt: *Redde rationem villicationis tuæ.*

Daniel Propheta Nabuchodonosoris regis prudentiam & fortunam extollens ait: *Tu Rex cogitare cepisti in statu tuo, quid esset futurum post hæc.* Quam regia, ac potius quam prouida ac sagax dicenda est anima, quæ rationis sibi reddendæ, omniumque quæ post hoc è mundo discessum euentura sunt, assidue recordatur. Ioseph ab omnibus Aegypti principibus & sapientissimus habitus est & prudentissimus, quod consilium Pharaoni suggessisset, vt fertilitatis tempore omnia regni horrea frumento compleret. quod tempore inedia & sterilitatis vsui foret. Ipse quoque rex eiusdem prudentiam maximis laudibus efferens dicebat: *Num inuauire poter mus ta em virum qui spiritu Dei plenus est?* Et sane plenus ille spiritu Dei dicens est, qui sibi ipsi imprimis consultit, ac prospicit, interea dum magna apparet in mundo fertilitas, terraq;

Matth. 12.

Eccles. 2.

Deo ratio pro omnibus reddenda.

1. Cor. 6.

Dan. 2.

Is Sapiens qui diuina sape iudicia mente voluit.

Gen. 41.

mille.

miseri cordia repleta est (*Miseri cordia Domini plena est terra*) de virtutibus bonisque operibus, ut ipsidem, dum maxime opus habuerit in tempore scilicet angusto, gratiarumque inedia, in qua de sola iustitia agebat, utatur. Stolidus est contra ille est ac vecors, qui terribile quod imminet iudicium perspectum habens, ad id tamen sese non praeparat, sed omnia dissipat, quasi nulla post hac reddenda foret ratio.

Terribilis historia de duobus nobilibus Anglis.

Tantopere autem Propheta Iob rigidum hocce tribunal horrebat, ut enixissime agenda poenitentiae delictorumque deplorandum tempus sibi concedi postulauerit, diesque vitae prolongari quibus ad ipsum sese praepararet, *Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, & operam mortis calcine.* Huc facit historia quam refert Ven. Beda in historia Anglicana de duobus adolescentibus nobilibus, qui in insula quadam deserta visitantes, magno Deo seruiore spiritus seruibant. Contigit illos grauiter agrotare, & alter eorum, Egbertus nomine, cum se in extremis agere cerneret, & rationem illam Deo iam reddendam apprehenderet; ita perterritus & consternatus est, ut lecto exiliens, seseque in terram prosternens, agenda poenitentiae tempus lacrymabundus & suspirans a Deo postularit, simulque vouerit integrum quotidie Psalterium recitare, & assiduo membra ieiunio macerare. Et ne longe hinc abeamus, villicus hic noster, audito sibi esse in Domini conspectum veniendum, & illi omnis villicationis praerogativa rationem reddendam, ita percussus, ut tremat, expallescat, emoriatur, & pene desperans dicat, *Quid faciam?* Quam prudens ac sapiens ille dicendus est, qui sapiens hanc sibi examinis diem proponit, & domini huius verba ad oculos habet, *Redde rationem villicionis tuae.*

Zach. 2. Zachariae Propheta visio moraliter explicata.

Vidisse visionem se Zacharias propheta refert; qua virum vidit in manu funiculum mensorium habentem; *Leuauit oculos, inquit, meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculum mensorium.* Utinam nos oculos etiam leuaremus & videremus, ut Deus, celestis ille vir, funiculum mensorium manu

teneat, quo omnes cogitationes nostras & opera dimetietur, ut quos breuiore inuenit debito supplicio puniat.

Iosua rege octenni ad regiam dignitate euecto, & feliciter iam regnum moderante, summus sacerdos Helchias volumen legis repetit, quod ob temporis iniquitatem & iniuriam obscuratum inter templi serua delituerat, in quo continebantur amplissima praemia ijs promissa qui legem integre, sincere & ad vnguem obseruarent, supplicia vero grauissima & minae dirissime in eos qui negligerent ac peccatis proteterent, eique repugnarent. Quod volumen cum Regi ad legendum destinasset, atque ille in locum illum incidisset; in quo Deus pestem, famem, ac sexcentas alias calamitates transgressoribus Hebraeis comminabatur, ita percussus sibi timuit, ut vestes lacerari, consultaque Olda prophetissa, quae tunc temporis Ierosolymis erat, omnem idololatram aliaque publica peccata regno proscriptis: Felices profecto illi, qui lecto Euangelio, vero legis volumine, vel audito verbo Dei, quod & Dei bonitatem eiusque iustitiae feneritatem ob oculos ponit ita interius concitantur ac permouentur, ut corde, non veste, contrito, & pijs in consilium viris, qui vera Ecclesiae oracula sunt, adhibitis, animarum starum ordinent, & procul a regno & imperio vniuersa peccata, scandala, aliaque prauas consuetudines expellant.

Quemadmodum vero illi felices & ter-
atque amplius beati dicendi sunt, qui tota
animi contentione in hanc diuinorum iudiciorum cogitationem incumbunt, ita infelicissimos ac miserimos iudico illos, qui eadem obliuiscuntur, ac memoria penitus eradunt. Et sane prophetae nihil maioribus & feruentioribus deplorant lacrymis quam supinam hanc hominum negligentiam, qui rei tam grauis atque vtilis cognitionem ac memoriam suffocant & obruunt. Audiamus, quam amare hocce deploret Ieremias, de quo hominum ignauia vecordiaque conquestatur, *Posuerunt vineam meam in dissipationem, luxurque super me, desolatione de oblata est omnis terra, quia nullus est qui cogitet corde: & apertius multo Isaias, *Nescierunt, neque intel-**

4. Reg. 22. Iosias legē Dei & iudicia illius timebat.

Infelices illi qui Dei iudicia non perpendunt.

Isai. 44.
1600-

lexerunt, obliuiscuntur, ne videant oculi eorum & intelligant corde suo, non recogitant in mente sua neque cognoscunt, neque sentiunt: de idololatria filiorum Israel hic agit, cui tantum immissi erant ut ne cogitarent quidem, esse sibi de ea rationem aliquando reddendam. Post Prophetas quoque ipse Deus filius euidenter sub parabola cuiusdam vmbra ostendit, quam hæc iudicii cogitatio necessaria sit, videmus enim hic miserum villicum à Domino ad rationes exigendas citari, cui dicitur, *Redde rationem villicationis tuæ.*

Egyptiorum rex Amasis, referente Herodoto, legem tulit, ut omnes regni subditi, quorannis coram Præsidibus & præfectis prouinciarum comparerent, ut vitæ apud istos rationem redderent, scilicet unde venissent, quibus nati parentibus, qua ratione familiam instituerent: legem hanc æquissimam arbitratus Solon, eandem & Atheniensibus præscripsit, qui tam exacte & sedulo eandem obseruauerunt, ut, si quos vidissent laucius viuere & magnifice familiam instituere quam primum inquirerent, vnde illis ad tam ample viuendum suppetere facultates, si census annuus opimus & abundans esset, ceptam vitæ rationem prosequi permittebantur: sin minus, morti velut peculatus & furti rei ac velut decoctores addicebantur. Similem proculdubio legem Christus legifer noster ac rex in Euangelio tulit; idque sub teamento parabola cuiusdam; in qua homo rex rationem ponens cum seruis suis; vnum inuenit qui decem illi talentorum debebat millia, quem ligatum in carcerem, & tenebras exteriores compegit: *Assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui soluit ponere rationem cum seruis suis; & cum cepisset rationem ponere, oblatu est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.* Hic vero similem omnino habemus, in qua diues rationem à villico villicationis repetit: *reddere rationem villicationis tuæ.*

Per villicationem autem hanc, vel negotiationem vel conductionem, aut quocumque demum appelles nomine, per te libet, vniuscuiusque nostrum munus & officium intelligi debet. Porro vnicuique ex officio

Tom. 2. Pars Æstiuæ.

incumbit, quod suscepit munus & ad quod à Deo vocatus est, iuxta D. Thomæ doctrinam, diligenter ac sedulo eyequit: ita sacerdotis villicatio, sacerdotium est; iudicis iudicium; mercatoris negotiatio, ac de singulis hisce vnicuique reddenda ratio est, iuxta inquam villicationis & non alterius. hinc aperte dicitur: *redde rationem villicationis tuæ, & non alienæ.* vnusquisque enim de suo respondet munere. Quamobrem consultum foret, rerum suarum latagere, nec curiosè in aliorum vitam inquirere, eorumque munia examinare. Hoc familiare sibi fuisse deplorat David, seseque hoc nomine coram Deo acculat: *Dereliquit, inquit, me virtus mea, & lumen oculorum & ipsum non est mecum.* non cæcutire se & penitus nihil videre ait, sed oculos plus in aliorum quam in propria vita examinanda esse sollicitos & occupatos.

Quod profecto non exigua dementia est; hinc in Ecclesiastico legere est: *Per fatui facilis in domum proximi:* id est, is quis parum sapit ac stolidus est, sapius per proximi ædes ad illius vitam & actiones excutiendas, quâ per proprias obambulat. Esau prophanus in agris semper legitur victitasse & siluas & dumeta incoluisse, Iacob ne pedem domo paterna efferebat: quo allegorice demonstratur, bonorum vitiorum esse suæ se conscientia ædibus includere, impiorum vero & scelestorum, temper foras excurrere, per vicinias obambulare, regiones longinquas petere, ut mores aliorum notent; & curiosius inquirant. Stultum igitur est in aliorum vitam inquirere, cum de nostra nobis dumtaxat reddenda sit ratio: *Redde rationem villicationis tuæ.*

Tria autem hic dominum villico dixisse comperio, primo leniter eum coarguendo: *Qualia audio de te.* Deinde eum de vniuersa vitæ ratione examinando: *redde rationem villicationis tuæ.* Deinde ab officio eum suo & villa remouendo: *Iam non poteris villicare.* Tertium hoc in mortis hora contingit, quando scilicet villicatio tam in bonam quam in malam partem nobis interdicitur, tunc quoque nox illa obscura & caliginosa erit, nox illa terribilis, de qua apud

D. Thom. 3.
part. 2. q. 67.
art. 3.

Psal. 33.

Gen. 26.

IV.

Tria hic notanda sunt.

Y

Ioan-

Joan. 9.

Ioannem Christus dixit, *Veniet nox, in qua nemo poterit opera i.* Cuius nos rei Apostolus commonefaciens ad Galatas scribit: *Dum tempus habemus, operemur bonum;* quasi diceret. *Quandiu vita hæc durat, quandiu hoc in orbe agimus, tandiu negotiari licet, tandiu bonorum operum merces comparare:* ac ubi vitæ huius nudinæ præterierint nulla mereandi amplius fiet mentio, ut nec primi concionis meæ membri. Iam satis superque de rationibus instituendis, ac de domino locuti sumus, iam tempus est de villico loqui, cumque excutere, quid in sui defensionem ac purgationem dicturus & facturus sit.

Gal. 2.

Varia villi-
ci huius ex-
positiones.

Quis hic villicus iniquitatis sit, non adeo apertum est, video enim Patres omnes nimum quantum inter se discrepare. Gaudentius Ephesinus natione, & Episcopus Ariminensis, Arianorum flagellum & terror, per villicum hunc, dæmonem intelligit. Septimus à S. Petro, Antiochenorum ut quidem Hieronymus ait, Episcopus Theophilus, & ipse quoque Hieronymus, solos Apostolos, aliosque Ecclesiæ vertices & rectores intelligunt. Tertullianus e contra villicum hunc imaginem esse vult populi Iudaici, & incolas villæ, Gentilium. S. Ambrosius in comen. omnes hic diuites denotari credit, item Ioann. Chrysoſtomus, D. Thomas, S. Augustinus libr. 2. quaestionum Evangelicarum, Beda, Theophylactus, Euthymius. Equidem cum deo. Stiffino Maldonato in aliam sententiam secedo, crediderimque hæc parabola omnes in genere peccatores denotari, nullos vero singulatim coarguit.

De fuga in
Perf.

Quicquid de rei sit veritate, Græce villicus hic *δὲν οὐκ ἐστὶν* dicitur, quem Latine reddat Dispensator: denotare autem hic vult Christus, diuites mundi huius non esse absolutos bonorum à Deo acceptorum dominos & possessores, sed administratores duntaxat & dispensatores, ideoque eadem non esse dissipanda, consumendave, sed magna cum prudentia & cautione dispensanda, ut exacta de ijs in mortis articulo reddi ratio queat. Fluminis urbem transeuntis aqua, vnius folius non est ciuis, sed omnium, ut quotquot voluerint & quantum voluerint,

Simile.

hinc haurire queant; ita quoque diuitiæ & opes, quæ per mundum hunc torrentium instar, fluunt, nulli proprie sunt, aut priuatae sed omnibus in genere communes, quod nouos quotannis, etiam quotidie dominos & possessores nanciscantur. Ceterum dispensator hic & œconomus iniquus & iniustus est, quem quadam infamia fuliginæ Euangelista denigrat, ut de facto laudat & exaltat eos, qui prudenter rem suam administrant, & sapienter ac prouide sese gerunt. Tres potissimum in veteri Testamento œconomi celebrantur, magnisque efferuntur præconijs, inprimis Abrahamæ rerum præpositus, de quo in Genesi: *Post mortem Sara vocauit Abraham seruum seniore domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat.* Deinde Ioseph Patriarcha, quem Pharaon domui regis præfecit, de quo in Psalmis: *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Denique Abdias, de quo in Regum commentarijs, cui Achab rex rerum suarum curam concedidit: *Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. Abdiu autem timebat Dominum valde.* Non erat huius generis hic noster, sed prodigus, decoctor, nepos, ac mali nominis, adeo ut *dissimatus* sit.

Tres boni
dispensato-
res.

Gen. 24.

Gen. 39.

3. Reg. 28.

Cum sequiorem hanc famam audio, facile agnosco, dispensatorem hunc peccatoris imaginem gerere; quam multa enim illum diffamant, accusant, & apud omnes creaturas insimulant! adeo namque illæ peccatorum abhorrent, ut semper inclament, quamprimum ut è medio villicus hic dissipator & decoctor auferatur, primo inculant eum dæmones, qui non iniquos modo coarguunt, sed iustorum etiam famam obscurant, eosque traducere conantur. An non meministis delationis illius, qua sanctissimum virum Iob diabolus coram Deo denigrare conatus est: *Numquid Iob frustra timet Deum?* ideo de illo boni Angeli in Apocalypsi dixerunt: *Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos die ac nocte.* Nec ipsi modo dæmones, verum & boni angeli peccatorem accusant, eumque denigrant ac diffamant; illi scilicet sunt, si tropologicè rem examinemus, qui patri-

Villicus hic
peccatoris
denotat.

Iob 1.

Apor. 12.

Matth. 13.

patrifamilias, cuius ager zizaniis scatebat, aiunt: *visimus & colligimus ea*: Sunt quoque, eodem tropologico intellectu conserui illi, de quibus in Euangelio, qui serui illius ingrati crudelitatem inhumanitatemque in locios, domino annuntiant. Hinc in Euangelio Dominus ait: *Nolite contemnere vnum de pusillis istis, qui in me credunt*. Dico enim vobis, *quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei*. quasi diceret: Nolite quenquam horum pusillorum, qui in me credunt offendere, Angeli namque eorum apud Patrem vos meum, velut patroni, tutores, custodes, in omnem patrem excubantes, deque eorum rebus nimium quantum solliciti, accusarent.

Abacuc. 2. Ipsi lapides peccatorum accusant.

Abacuc Propheta, qui centum fere ante captiuitatem Babyonicam vixit annis, huc respiciens, ait & lapides in pariete compaginatatos, & ligna aedificiorum impiis aedificiorum inuenturatos: *Lapis, inquit, de pariete clamabit & lignum, quod inter iunxitur aedificiorum est respondebunt*. Longius etiam progressus Apostolus, ait creaturas omnes, agnita peccatoris perueritate, & sceleribus accuratius inspectis, ingemiscere: *Omnia creatura ingemiscunt, & parcurit usque adhuc*, quod scilicet peccatori obsequi & obedire cogatur, & cum Deo queribunda expostulat, quasi vim patiens & iniuriam grauissimam: quod se ob honorem ac gloriam Dei creatoris conditam & formatam, in illius contumeliam homines conuertant & ad peccata inuitam trahant & abripiant. Hinc villicus noster, statim ut possessiones decoquere ac praedia deuotare domini coepit, diffamatus & accusatus est. Et quam de causa? *Quasi dissipasset omnia bona sua*.

Peccator verus bonorum dissipator.

Haec sunt quae in vnumquemque peccatorem torqueri & obici queunt peccatorem inquam, Dei, veri illius domini, bona dissipantem; quod omnes facultates, potentias, earumque actiones & ad bonum inclinationes dissipet & contumpat; non quod eadem penitus destruat & euertat, sed quod ita perturbet & impediatur, ut ad finem naturalem ac debitum nequaquam pertingere; quod exemplo faciam manifestius. Sic cutor aliquis velocissimus: *Ocyor nimis & aente*

ventos ocyor Euro; omnes haud dubie ille mortales antecurret; hic tamen ira vinculis constringi, & catenis ferreis compediti potest, vne vix queat incedere, ipsius tamen agilitas ne minimam laeditur aut perit. Id ipsum de anima nostra quo minus dicamus quid impedit, ipsa siquidem natura velocissima expeditissimaque est illiusque inclinationes recta illam ad Deum dirigunt; at peccatis onusta & vitiorum funibus constricta, captiua & victa est, vt ne mouere se quidem possit. Vnde conqueritur pius ille princeps & vates: *Funes peccatorum circumplexi sunt me*. Sua quoque peccator dissipat, quod per peccatum gratia diuina excidit, virtutes, omniaque bona opera prius edita, & quae aeternam erant mercedem promeritura, amittat. Innuere aliquid videtur Ezechiel dicens: *Si autem auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? omnes iustitias eius quas fecerat, non recordabuntur*. *Psal. 18. Ezech. 18.*

Notandum porro hic est verbum quasi: Insignis autem non ait, reuera illum bona dissipasse, & omnimaduerminibus excidisse, sed quasi, vt hinc firmam se peccator spem concipiat, seseque non nihil consoletur, restare sibi scilicet post admissum peccatum remedium & medelam; vt cui verbis illis Dauidis vbi liceat, quibus ille duces suum Joab, post cladem bello acceptam consolabatur: *Non te frangat res ista; uariis est enim euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius, confortat bellum aduersus urbem*. *2. Reg. 11.*

Hem peccator, pusillanimitis & imbellis desperas, cum a te a peccato prostratum vides, nec feliciter tibi confictum cecidisse; ne te frangat res ista, noli animum contrahere, spem renoua, desideria reaccende, ac simul tibi persuade, variis belli vicis huius euentum esse, nunc hunc inopinato quodam ictu ad terram deiici, nunc illum triumphanter & gloriosum resurgere, omnesque in genere mortales belli castus vicissitudinibus viuere obnoxios.

Renocat hoc mihi in mentem vasa illam arborem Nabuchodonosor, de qua Daniel vocem audiuit clamantem: *Succidite arborem, praefundite ramos, excutite folia eius, & disper-* *Dan. 4.*

dispergite fructus eius. An non omnem hic quis arborem destructam cederet, penitus dissipatam & omnino perditam? aliqua tamen pars eius superfuit, nam subneclit: *Verum tamen germen radicem eius in terra sinio, & rore caeli irroratur.* atque ita factum, ut radice relicta repullularet, & amplior ac longe procerior facta sit, quam fuerat prius. Huic te arbori per similem crede, peccator, & si quando te praecisum, ramos relectos, fructusque dissipatos videris, ita ut nulla fructus bonorum operum producendi spes super sit, animum tamen idcirco ne despondeas, neve tibi persuadeas omnia propterea pessum itura; nam virtutum ramis amputatis, fructibusque virtutum dissipatis, fidei tamen radix in te permansit, adeo, ut caelesti gratiae rore irrigatus denuo succrescere, ac meritorum fructus proferre possis. Quod villici huius exemplo confirmari poterit, cuius cum fortuna iam pessimo esse loco & penitus amissa videretur, nequam tamen perierit, sed prudentia quadam & astu usus, tum vitam, tum opes a periculo vindicavit. Porro ad tropologiam hanc descendendi occasione verborum: *Quasi dissipasset bona sua.*

Peccator Verborum, inquam, quae de peccatore vedissipat bona fortuna, naturae & gratiae.

re dici queunt, & eius famam obscurant: ipse siquidem est, qui bona fortuna, naturae, simul & gratiae decoquit ac dilapidat, nullo rationis aliquando reddenda respectu habito. Fortunae bona ipsae sunt divitiae, honores ac dignitates, quas stolidè in ludo, voluptatibus, aliisque deliciis insumit. Bona Naturae sunt spiritus vivacitas, intellectus industria, iudicij capacitas, memoriae tenacitas, omnisque animae facultas, quibus abutitur, infinita ut peccata committat, astus comminiscatur, fraudes machinetur, & dolos nectat. Bona gratiae sunt dona caelestia, ac fautores à Deo dari soliti, quibus tum abutitur, cum gratiam Dei incassum accipit, nullum fidei, spei, caritatis fructum producens. Hoc signare volens Deus Ezechielii metaphoricis verbis ait: *Sumer tibi ladium acutum & capillos tibi rade, & assu mes stateram ponderis & divide eos, tertiam partem igne combures in medio civitatis, tertiam*

Ezech. 5.

gladio concides, tertiam vero concides, tertiam vero aliam dissipges in ventos. Quid hoc sibi vult emblemata, Auditores, quid haec denotat admonitio, qua signis & reipsa, non vero verbis instituitur? ad litteram captivitatē denotat Iudaeorum, quam in Chaldaea passi sunt, in qua alij igne consumti, alij iugum ac, alij vero in dira servitutis abrepti sunt tormentum: at mystice hoc denotabat, quam profuse & nequiter homines bona mundi huius & etiam caelestia dissipant: illa partim comburendo (quod per capillos, naturae superfluitates denotatur) quando illas impendunt, quo ignem libidinis foueant & carnis ardores omni voluptatum, deliciarum, gaudiorum genere semper accensos habeant: partim gladio consumendo, cum nimirum facultates in lites, iurgia ac vitiligationes insumunt: cetera vero in ventum & auras disperguntur, quando tot facultates & opes vanitatibus, ineptiis, pompis, ludis, venationibus, aliisque superfluis sumptibus dicant. Qua ratione, quia villicus nolterres domini administrasset ac dissipasset, *dissipatus est.*

Hoc ceterorum servorum adulationi imputandum est, qui hunc miscellum apud dominum calumniando traduxere: quod tamen ne fiat, suadet Salomon: *Ne accuses servum ac dominum;* nihil quippe exitiosius aut scelestius, quam falsis accusationibus, & calumniis, servi fortunam apud Dominum, cui ille gratus est & iucundus, velle subvertere. Ethnici quoque hoc detestabantur, quod egregio quodam emblemate designantur; Pingebant deam Rhamnusiam vna fraxinum manu praferentem, & corona redimitam, altera vero ramum fraxineum gestantem: fraxinus autem ita serpenti inimica est, ut si hinc luculentum ignem exstruas, illinc vero ramusculos fraxineos spargas, serpens, si quis forte intermedius erit, in ignem se potius conuertet, & in cineres redigi non grauabitur, quam frondes inimicae sibi arboris attingat. Quo designare volebant, nihil esse quod terrena magis stabiliat, adultores ac feliciter moderetur, quam si Principes fugiant, adultores & detractores, veras regnorum vyperas ac pestes, procul à se repellant, imo

nc

Allegoria
moraliter
expofita.

Villicus.

1 Cor. 4.

1 Cor. 2.

1 Cor. 10.

1 Cor. 7.

ne accedere quidem patiantur, at tam inimicos eosdem sese ostendant, ut in ignem se potius palpones conici velint quam in principum apparere conspectu. At villicus noster, viso se ab adulatoribus & maleuolis apud herum delatum, admirans & quodammodo desperans ait: *Quid faciam?*

Infelicem, inquit, me & calamitatibus oppressum! quid agam miser? quo me vertā? ecce dominum inimicum patior, maleuolos accusatoresque habeo plurimos, qui me villicatione deturdere gestiunt. Dominus profusionem & dissipationem meam intellexit, nihil est quod ipsum lateat, villicum me habere reuuit, rationes à me deposcit, & villicatione me priuare conatur. quid de me fiet? fodiam & arabo agros alienos? sed nescio. stipem mendicando exigam? at erubescio, qui igitur faciam?

Quid faciam? non ait: *qui dicitur?* ut denotet, regnum colorum non in verbis, sed factis & operibus consistere, quod & Apostolus calculo suo confirmat: *Regnum Dei non est in sermone.* Dauid quoque interrogans, quinam tandem in caelos ascensuri sunt: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* quamprimum sibi ipsi respondet: *Innocens manibus & mundo corde.* dicere volebat, innocentiam manuum, id est, opera bona ad salutem esse necessaria; nec satis esse credere, aut habere fidem, at manus quoque operi adiuuandas. Non satis quoque fuit senecioni Isaac, cum primogenito benedictionem dare vellet, verba illius & vocem audiuisse, sed manibus eum quoque contrahere & palpare voluit. *Docemur hinc benedictionem, ac praesertim sempiternam & caelestem, operibus & non verbis comparari.* Atque ideo villicus noster ait: *Quid faciam?*

Est hæc querela & expostulatio peccatoris à Deo derelicti: & ad illum denuo reuertigentis: qualem etiam Iob effudit, *Quid faciam tibi & cuius hominum?* Verba quoque sunt versuti, & in negotiis pertractandis exercitati, & subdole agere consueti. Vnde colligere licet, impios ac scelestos sapientiores & cautiore esse piis, sed in virtutibus

peccandi technis, quod & Christus alio confirmauit loco: *Filij huius seculi prudentiores cautiore sunt in generatione sua filij lucis.* Apostolus iustis & vigilantes. Petrus atque alij discipuli in horto oliuarum dormiunt, dum captiuitas Domino imminet, Iudas autem vigilans milites armatufones & noctuæ de nocte vident, interdium cæcutiunt. Ita impij Lynceo perspicaciores sunt dum peccandi sese offert occasio, in bonis vero virtutibusque talpa cæciores sunt: Scripturam in conuiuio Baltasaris Regis ad parietem exaratam, nemo Satriparum Babylonicorum legere potuit aut intelligere; solus eam legit & exposuit Daniel. Peccatores in caelestibus perspicendis penitus cæcutiunt, sed in terrenis & mundi rebus Argo oculatiores sunt & minutissima quæque persequuntur. Cogitate igitur quasnam miscellus hic villicus artes ad villicationem & solitam agendi viuendique consuetudinem recuperandam inueniret, quæ alij ne in mentem quidem venissent.

Quid faciam? cum herus me villicatione deiciat, meam operam repudiet, viuere nequeo. Inscitit hic & dolet sibi villicationem auferri more mundanorum, qui negotia semper ambiunt, sine quibus viuere non possent, otium & quietem spiritus exosi, & vitæ solitaria inimicissimi. Huc facit, quod de senatore, nescio quo, refert Seneca, hinc quod octogesimum ætatis annum agere Caesar vacationem à reipublica munitis concesserat, utque in otio & quiete reliquos vitæ dies transigeret: sed tantum absuit, ut ille hoc sibi nomine gratularetur, ut mortem sibi potius illatam crederet: quare mox in feretro se à feruis collocari quasi mortuum iussit, quod scilicet honoribus & muneribus defunctus & priuatus esset, sine quibus viuere vix se posse existimabat: tantopere ei scilicet negotia & inquietudines placebant. quo cognito Imperator eum pristina functione gaudere, & reipublicæ negotia quoad viueret, tractare permisit. Quot, cheu! hodie huiusmodi reperire est, qui Vriæ Heræo persimiles sunt: huic enim cum suassisset rex, ut domum se reciperet, quietem carperet, cum familia iucunde

villicus cala-

V.

1 Cor. 4.

Gen. 27.

Iob. 7.

Improbi
cautiore
sunt in generatione sua filij lucis.

Apostolus iustis & vi-

gillantes.

Petrus atque alij discipuli in horto oliua-

rum dormiunt, dum captiuitas Domino im-

minet, Iudas autem vigilans milites arnat

ufones & noctuæ de nocte vident, interdium cæcutiunt.

Ita impij Lynceo perspicaciores sunt dum peccandi sese offert occasio, in bonis vero virtutibusque talpa cæciores sunt:

Scripturam in conuiuio Baltasaris Regis ad parietem exaratam, nemo Satriparum Babylonicorum legere potuit aut intelligere; solus eam legit & exposuit Daniel.

Peccatores in caelestibus perspicendis penitus cæcutiunt, sed in terrenis & mundi rebus Argo oculatiores sunt & minutissima quæque persequuntur. Cogitate igitur quasnam miscellus hic villicus artes ad villicationem & solitam agendi viuendique consuetudinem recuperandam inueniret, quæ alij ne in mentem quidem venissent.

Mundani sine negotiis viuere nequeunt.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

Sen lib. de breu. vitæ.

viuere; consilio neglecto, non ideo se quies-
rum, mollem & examinatum esse ait, ut o-
rium agere possit negotiis vacuus; arma se
gestare didicisse, & iis iam à teneris assueuis-
se, negotia denique quieti præferre: at si otium
& quietem elegerit, vitam in gloriam non a-
mitteret. Quod vero mundanos reperimus,
qui pacem & quietem, quæ tamen suadere
cælum solet, exosi, & bello, & tumultibus af-
fecti, inque medijs turbis viuentes & nego-
tijs immorientes, extremam sibi perniciem
& interitum animabus adferunt sempiter-
num? Atque hoc modo villicus noster sermo-
cinatur, *quid faciam?*

Quid faciam? si heri gratia beneuolentia-
que excidam, à quo solo totus dependebam
cliens? *fodere non valeo, mendicare erubesco.*

Graue est & Quam graue est, Auditores, dum quis deli-
diuite pau- cius voluptatibusque assueuit, ad arumnas
perem fieri. & dolores delabi: quomodo affectum cre-
ditis iuuenem illum prodigum, cum se ad
inopiam redactum alterius factum vidit
subulcum; se, inquam, cui alij iam olim se-
dulo & capite nudato seruiant, quique de-
licijs & quieti molliter assueuerat: *Fodere
non valeo*; id est, ut allegorice hoc exponam,
rigidæ poenitentia opera præstare nequeo,
corpus emacerare, flagellis in tergum læui-
re, integras quadragesimas ieiunare, pecca-
ta deplorare, voluntatem propriam abdice-
re, in monasterijs viuere, mundo repudij li-
bellum dare, & austeritates amplecti: quam-

Villici ex- postulatio. uis enim hæc perfectis sint facilia, mihi ta-
men delicijs assueto, & molliter educato
at tenello, grauissima sunt ac difficillima.
Mendicare erubesco, id est, salutem meam de-
poscere à Deo me pudet, imo ne Deum qui-
dem orare audeo, veniam petere delicto-
rum, Sanctorum mihi patrocinium implo-
rare. Peccatorum grauitatem ac multitu-
dinem ita erubesco, ut nec coram Deo, nec
Sanctis audeam comparere? *Quid igitur fa-
ciam?*

VI.

Atque ut hoc fortuna non excidat, pristi-
num locum nos amittat, tempestatem capi-
ti imminentem auertat, itaque negotia sua
pertractat, cum ut dominus & illius pruden-
tiam dilaudarit. Quid igitur facit? eleemosy-
nam velut mediatricem adhibet, & debito-

ribus domini misericordem ac benignum se. Eleemosy-
exhibet: vni quinquaginta cados olei, alij na peccato:
quinquaginta cados tritici, alijs alia remi- res iuat.
sit, hæcque ratione plurimos sibi deuinxit.
Quem ut imitemur suadet Christus: *Facite*,
inquit, *vobis amicos de mammona iniquitatis.*
Mammona S. Hieronymus vocem esse credit
Syriacam, & illa designari diuitias: diuidæ
autem iniquitatis dicuntur, tum, quod vijs
illicitis & iniquis comparantur, tum vero,
quod possessores ad iniquitatem pelliciant,
ad libidinem ac superbiam pertrahant, am-
bitionem causentur, delicias persua-deant; at
si in eleemosynas expendantur, magnam da-
tori meritorum segetem adferunt. Neque
cæsum Daniel aliud regi Nabuchodonosori
ad iram diuinam auertendam, & calamita-
tem, quæ regno vitæque illius impendebat
aueruncandam, medium suggestit, quam
eleemosynam: *Peccata tua*, inquit, *eleemo- Dan. 4.*
synis redimo; sola illa te saluare modo poterit
Domine rex, hanc igitur cole, itaque & tibi
libertatem, & peccatis indulgentiam com-
parabis.

Et profecto eleemosyna præclarum est
aduersus omnia delicta remedium; *si: ut e- Eccl. 3.*
nim aqua exstinguit ignem, sic eleemosyna re-
sistit peccatis. O sublimem ac vere profun- Eleemosy-
dam Philosophiam! Hinc quippe sequi- na aliquid
tur maioris eleemosynam esse potentia ac cum diui-
virium, quam omnis natura simul. Omnes nitate cõ-
namque naturæ vires, (contra Pelagianos munha-
id ut asseramus) vnũ abolere peccatum bet.
non possent, & minima eleemosyna omnia
simul peccata eluere ac redimere potest.
Diluuium tempore Noë, ignis ad Eliæ
preces cælo demissus. Samaritana fames
& penuria circumcisionis culter, vniversa
Aaronis sacrificia, omniaque Patriarcha-
rum merita, ne vnũ quidem delere aut
obliterare potuerunt, & sola eleemosyna
profligat ac fundit omnia. Diuinum igitur
quid in se continere videtur: si enim
certum est, ut reuera certo certius est, ad
peccata delenda infinitam quamdam po-
tentiam requiri, nihilque vnquam exstiterit,
quam Dei filij sanguis, qui infiniti cuiusdam
ponderis erat & valoris, quo eadem potue-
runt prosterni; profecto eleemosyna hoc
cum

cum illo commune haber, quod sola de inimicis triumphet, qui de cæteris omnibus triumphant.

Gen. 3. Magnús ille Patriarcha Iacob, cum vxoribus, filiis & gregibus è Melopotamia rediens, fratrisque sui Esau iram metuens, qui illi armatus occurrebat, vitam erepturus, omnem conseruationis spem in sola misericordia cuius præcipua pars eleemosyna est, collocauit; quare spemque metumque inrer dubius ait, *Placabo eum muneribus.* Ut pro consuetudine mea allegorice hoc exponam, dextero eleemosynas dona esse pretiosa, sed ad iram diuinam ob vitia nostra conceptam leniendam & placandam. *Luc. 14.* Arque hoc fuit consilium prudentis illius regis, de quo in Euangelio, qui cum alium sibi regem viginti hominum millibus instructum occurrere cerneret; cui cum decem millium exercitu, id est, decem decalogi præceptorum obseruatione, resistere se posse diffidebat, missis legatis, pauperibus inquam & mendicis, rogat ea quæ pacis sunt, petit inducias, & misericordiam efflagitat.

Cæterum regius propheta hæc de re agens beatos credit eos, qui eleemosynam libenter & grato animo conferunt & misericordiam illis pollicetur in altero sæculo, qui in hoc eadem pauperibus declararunt; *Luc. 11.* *Lucundus* inquit, homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. Scio locum hunc diuersimode exponi solere. Nam *disponit sermones suos in iudicio*, Rabbi Abraham tantumdem valere credit, ac in verbis suis prouidus & sapiens est, eaque cum iudicio & cautela, debito loco & tempore depromit.

Variæ expositiones loquaciarius & Psalmo 111. Kimhi vero & Symmachus aliam viam tenent, *Dauar* enim hebraicum, verbum transcendens est & pro vna eademque re accipitur, *Disponit sermones suos in iudicio*, id est, bona sua mature & cum iudicio dispensat, & discretione & prudentia in liberalitatibus suis vitatur. Rabbi Salomo ait, *disponit sermones suos in iudicio*, id est, qui ita affectus suos moderatur, itaque desideria disponit, ut de necessariis sibi partem rescindens, luumque & prodigalitem exosus, erga pau-

peres se benignum ostendat. Sed communis interpretatio, quæque magis mihi modo ad gustum, præfert, lucundus homo, id est, beatus, qui sæpius eleemosynam elargitur, ac misericordiam in pauperes declarat; tam bene namque res suas dirigit ac disponit, ut in die iudicii non sit cum aliis condemnandus: sed è contra amplissima mercede donandus.

Dauid rex cum testamenti tabulas conderet, filiumque Salomonem supremis verbis compellaret, atque amicos illi de meliore nota commendaret, filios Bezellai Galaditis regis semper mensæ voluit assidere: *3. Reg. 12.* *Bezellai reddes gratiam, et unquam comedentes in mensa tua; occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absolom.* *2. Reg. 17. & 19.* Mysticus horum verborum sensus est hic: Christus hodie exulare, possessione rerum temporalium quodammodo eiectus videretur, idque in persona pauperum suorum; illi ergo instar Galaditis huius occurrere, comitatum illi eiusque exercitui, pauperibus inquam præbere, & certo certius aut serius, collaram in se gratiam agnosceret, vosque regis æternæ beatitudinis mensæ faciet accumbere, mensæ cui angeli accumbentes, saturari præ gaudio nequeunt.

Exploratores quos Iosua ad Iericho explorandum miserat; domui Raabin excidio pepercerunt, quod illa spem eos cooperitos ab interitu vindicasset, spicæ bæ aristæque superflua & reliquias opum nostrarum nobis denotant; allegoria porro innuit, illos, qui pauperum vitam conseruant, periculaque ab iisdem & iniurias varias propullant, ac reliquiis & superfluis cooperiunt, id est, qui libenter eleemosynas in illos effundunt, conseruandos; cum generalis illa & vniuersalis mundi ruina aduenerit, cum cælum, terra, elementa, omnesque creaturæ pessum ibunt. Nostra autem verba momento suo stabiliens Christus, in Euangelio, *Quid superest, date eleemosynam.* *Luc. 11.*

Eleemosynæ quoque, ut nouum quid adferam, proprium est, dantem nunquam pauperem, sed diuites semper reddere. Vidua Elisabeth, quæ diu oleum illud miraculo & prodigio autenti in vacua effundebat vasa, semper ex-

creſcebat, at ubi fundere deſiit, creſcere quoque deſiit. Docemur hocce prodigio, quam diu in vacua illa opibus vaſa, id eſt pauperes, oleum miſericordiae effuderimus, diuitias indies accreſcere, quemadmodum & aqua putealis, quo plus exhauritur, quo & copioſius inferne ſubiatur; ita eleemoſyna puteus quidam benedictionis eſt, e quo quanto plus dando pauperibus exhauris, quo & eadem amplius creſcat, e contra vero ubi nulla eſt eleemoſyna, nihil quoque redundare ſolet.

Similia.

Aquae foſſarum, paludum, & ſtagnorum, quod ſemper ſtant & nunquam deſiunt, nonniſi ſordes & coenum trahunt, ranas, buſones, terpenes progignunt; ſed quae fluunt, nitidae ſunt, limpidae, vitro pellucidiores, ad potandum dulces, piſcibus referuntur, & ex omni parte gratiſſimae. ita quoque theſauri, & opes, arcis ſemper incluſae, & quae per eleemoſynam numquam fluunt, nonniſi ranas, buſones, & lacertas, id eſt, peccata, ſcelera ac luxum gignere ſolent: at quae in pauperes effunduntur & inopes, meritum cauſantur poſſeſſori, Deoque ſunt quam gratiſſimae. Frumentum quoque in horreo non excreſcit, at ſaepe numero à muribus arroſitur, in terram vero coniectum frumentum adfert centeſimum: ita diuitiae crumena aut arcae incluſae nullam vtilitatem adferunt, at in manibus pauperum ſeminae, centeſimum fructum reddunt cum ſonore. Huc alludere viſus eſt Pſalmiſta dicēs: *Diſperſit, dedit pauperibus, inſtitia eius manet in ſaeculum ſaeculi.*

Pſal. III.

Simile.

Aquilam dum praedam cepit aues uti & leonem animalia varia ſequi ſolent, quibuscum praedam diuidunt, quaeque de menſa illorum velut clientes viſitant; nam poſtquam ipſi ſaturati ſunt, reliqua in paraſitos diſpergunt; vultur vero & viſus auaritia infames, quidquid praedati ſunt aut quamprimum deuorant, aut ſi quas forte reliquias habuerint, eaſdem abſcondunt. Eleemoſynarij & qui in pauperes ſua diſperdunt, aquilam & leonem imitantur, generoſam illam proſapiam: at auari & immiſericordes, viſo & vulturi perſimiles ſunt; quod tamen Chri-

ſtus verat, ſed eleemoſynas in proximū vult effundi *facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, atque in hoc Euangelico epiphonemate ſinem faciam.

Quamobrem, Auditores Catholici, haec Concluſio. vobis audita proſit parabola: memineritis, obſecro, Deum noſtrum eſſe locatorem, nos nonniſi conductores, villicos & diſpenſatores, ſed diſſolutos, quiſque indies illius bona acceptaſque coelitus gratias diſſipamus: recordamini etiam venturum aliquando tempus quo omnium exactiſſima reddenda erit ratio, & quo nobis diues ille improperabit, *Quid audio de te?* Epilcope, Praelate, Paſtor quid audio? lupi gregem veſtrum inuadunt, ſacerdotum magna in dioceſi veſtra diſſolutio eſt, non viſque adeo accurata templorum habetur ratio; curioſus & paroeci munerum inepti ſunt. *Quid audio de te?* aulam ſectaris, venationi ſtudes, canes alis, vita tua infamis eſt, Eccleſiae redditus bonaque ſacra in viſus illicitos impendis, de anima vero, ne minima tibi habetur ratio. *Quare redde ratio, em villicat omnis tua.*

Et ſane Paſtores, de omnibus exactiſſima Hebr. 31. miſericordiſſimaeque ratio reddenda eſt, & imprimis de animabus: vnde ad Hebraeos Apoſtolus, *Ipi ſe enim perſeuerant, quaſi rationem reddaturi pro animabus veſtris.* an non & Iacob Patriarcha ouium paſtor, de grege ſuo accuratam auunculo Labano rationem reddidit? nam crimen ſibi impoſitum diluturus, cauſamque deſenſurus ait: *Idcirco ſiginti annis fui tecum, oves tuae & caprae ſteriles non fuerunt,* Gen. 31. *arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam; quidquid furto peribat, à me exigebat.* & apud Ieremiam, alia expoſtulatio: *Vbi eſt grex tuus qui datus eſt tibi? pecus in掖rum tuum? quid dicis cum ſiſtauerit te numquid dolores non apprehendunt te quaſi mulierem parturientem?* Ierem. 13.

Quin & tibi aliquando dicetur, ſacerdos: *Quid audio de te? redde rationem villicationis tuae.* Quomodo vitam inſtituiſti, ut Ad ſacerdotes apoſtrophe. paſtor, an vero impoſtor? ut praeco, an praedo? ſacerdos an ſacrilegus? Praelati inſtar an Pilati? ut doctor an ſeductor: Cur ad eccleſiaſticam dignitatem aſcendiſti, an propter

DOMINICA NONA
POST PENTECOSTEN.

Partitio.

1. De effluvia & praesentia lacrymarum.
2. De Ierosolymitana clade.
3. De eiusdem cladis causa & origine.
4. De lacryma Christi.
5. De peccatis deplorandis.
6. De amore patriæ.

Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns
ciuitatem fleuit super eam. Luc. 19.

FIGURA.

Quamuis Mardocheus, equo regio, mul-
tis purpuratis stipantibus, magna pom-
pa & honore, per omnia vrbs compita, Ac-
sueri regis iussu veheretur; Aman quoque
regis intimus equum deducens, præconis
vice functus in clamaret: Sic honorabitur quæ-
cumque rex voluerit honorare; nunquam ta-
men sanguinolentiam illam aduersus popu-
lum suum decretam sententiam, quæ omnes
per regnum vbique sparsi Iudæi paucis post
diebus ad necem deposcebantur; animo po-
tuit eradere: cum enim ciues suos & conca-
ptiuos plaudentes & sibi de triumpho con-
gratulantem cerneret, vt qui impendentem
calamitatem & ruinam capiti certissime im-
minentem ignorarent; ipse totus in lacrymas
resoluebatur; ipse ridentibus Hebrais, ser-
u madebat; suspirabat; ingemiscebat, & albi-
cantem illam barbam lacrymarum imbre,
velut balsamo & malobathro Syrio irriga-
bat. Et sane si quis cum tunc Iudæus lacry-
marum causam interrogasset, cur inquam
triumphi & iubili tempore dolore confice-
retur amarissimo, haud inepte respondere
potuisset, vestram calamitatem deploro fra-
tres, vrbs vestræ excidium gemo, sicut o-
culis excutiunt imminetia vobis mala; fleo
inquam, quod post hebdomadas aliquot
nullus omnino vestrum sit in vniuersa Persi-
de & Assyria futurus superstes. Hoc ipsum in
hodierno Euangelio mihi quoque videre vi-
deor.

propter onus, an honores: ob voluptates an
difficultates? ad extruendum, an destru-
endum? charitate motus an cupiditate: sed, Sic
vos existimet homo, sacerdotes, vt ministros
Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hoc,
obsecro, cogitate, & tu popule Christiane
parabolæ reminiscere.

Tu vero omnipotens Deus, cæli ac terræ
conditor, summe elocator noster & creditor,
quem decipere nemo queat, at cui omnium
actionum, verborum, cogitationumque; seue-
ra reddenda est ratio, nostri obsecro misere-
re, teque clementem & benignum erga deli-
cta nostra exhibe. Sumus enim villici illi ini-
quitate, gratiarum tuarum dissipatores,
iniqui dispensatores, de quibus tam malus &
inhonestus rumor in cælum vsq; sparsus est:
quos Angeli, dæmones, atque adeo creaturæ
omnes quotidie apud Maiestatem tuam diffamant
& coarguunt. Quid, Eheu! agemus? quid
nobis fiet, quando nimirum nobis ad locum
rationum vocatis, vitæ huius villicationem
auferes. Tunc villicari amplius non dabitur,
non mereri, non opera denique penitentia
facere: tunc Sanctorum preces, gloriosæ Vir-
ginis intercessio, Iesu Christi gratia interci-
derit. Quam obrem nostri, obsecro, summe
Iudex, cui reddenda erit ratio; magne posses-
sor, cuius villici sumus; æterne pater, cuius
filij, miserere; rigorem noli ostendere, sed
benigne ac suauiter nobiscum agas: & præ-
sta, vt interea prudentiam & astum villici
huius imitemur, diuitijs iniquitatis inquam
amicos nobis paremus, id est, è bonis, quæ
sæpenumero obesse solent & malum adferre,
elemosynas faciamus, pauperes nobis pro-
pitios reddamus, quo per eos aliquando in
tabernacula æterna, in quibus beatitudinem
nostram expectemus, admitti merea-
mur, ad quæ nos deducere digne-
tur Pater & Filius & Spiritus
sanctus. Amen.

